1983
C
1216

24

... o nostro ... ius fit suus
... legatus cuius ... fideicom
... libertas aspirauit. quoniam
... commissa libertas debat
... t ... suus petat fideicon
missam libertatem ab eo penes quem
tem ansissit pro non scripto ... lega
to quod erat relictum ei qui eum ro
gatus fuit manumittere ut suus
suus sit super ... filii legato
... libertas non debat ... apu
tem ... ei fideicommissam li
bertatem ... eum ...
... puerit qui rogatus fuerat ma
numittere cogetur ... libertatem

Restituere ab heredibus, tempore post testamentum factum an ... tabu
... ancillam
in testamento ...
... ut ...

... tus consul ...
quid ...
ui fideicommissariis ...
tus sit libertatem praestare praesens s
enatus consultu efficit ut nec
omnino impediatur libertas ...
... ante legatum in ... uim
communium fuit nactum est.

Paul. Item si cum princeps ... accum
... ut ... libertati praestaret.
Ulp. Decem ... fuit ... fidei
commissaria libertas relicta ...
... is qui erat rogatus ...
... latitet. is autem qui ro
gatus erat ... in ...
senatus consulto locus sit.

... se ... libert ...
... ut male ...
impediatur ... legatarius non poss...
heredes sibi traderentur. ...

C. e. 98

Ungedr. Schr.

Oo Hk

II 2 C ~~33~~ 31.

~~2 N. 34.~~

DISPUTATIO XII.

DE LEGATIS, FIDEICOMMISSIS ET CODICILLIS.

Cuius Theſes ex Titulo 20. 21. 22. 23. 24. & 25. libri ſecundi Inſtitutionum & titulis concordantibus in ff. & C. contextas.

Sub præſidio

MARTINI TANCKEN VVismar.

Pro virili defendere conabitur

REMBERTVS REMMERVS Brunſuicenſis.

Ad diem 19. Nouemb.

Roſtochij Typis Myliandrinis Anno 1595.

9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0003-0

AMPLISSIMO PRUDENTISSIMOq́ VIRO Dn.

HEIZONI CRAGEN

REIPUB. BRUNSVIC. CAmerario, cognato & fautori ſuo omni obſervantia colendo

Has de Legatis, Fideicommiſsis & Codicillis propoſitiones

In grati animi ſignificationem

dedicat & conſecrat

Rembertus Remmerus Brunſuicenſis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0004-5

CONTINVATIO.

CUm ultimis morientium voluntatibus legata, tanquam pars quædam accidentalis cohæreant: a) de his in præſentia cum Imperatore agendum erit. b)

a) *Cravetta in repet. rubr. ff. de legat. 1. n. 29.* b) *In princip. Inſtit. de Legatis.*

THESIS PRIMA.

LEgatum eſt denatio quædam à defuncto relicta.

l. legatum 36 ff. de legat 2. §. 1. Inſt. de Legat. Ioh. Borch. in com. de Pactis. c. 5. n 9.

II.

Multis modis olim relinqui poterant, per vindicationem, per damnationem, ſinendi modum & per præceptionem; verùm hodiè omnium Legatorum una natura eſt α) quibuſcunq; enim verbis aliquid delictum ſit; licitum eſt legatarijs competentibus actionibus β) perſequi.

a) *§. 2. Inſt. h. tt. Ulp. in fragment. de Legatis.* b) *De quibus videatur Franciſc. Duaren. in tt. de Legat. & Fideicom. Rubr. de fideicommiß in fin. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 12. n. 7. Mynſ. cent. 5. obſ. 61.*

III.

Sicut etiam variæ differentiæ, quæ olim inter legata & fideicommiſſa fuerunt a) ſublatæ, & per omnia legata fideicommiſsis hodiè exæquata ſunt, ut nulla ſit inter ea, quô ad effectum differentia. b)

a) *quas enumerat Franciſc. Duar. lib. 2. anniv. diſput. cap 9.* b) *Gomez.*

Gomez. d. cap. 12. in pr. & n. 1. Hic diſputari ſolet, quis ſit intellectus l. 1. de Legat. 1. Hanc quæſtionem aliter explicat Corras. lib. 5. miſcel. cap. 17. Didac. Covar. in relect. capit. Raynutius §. 10. n. 3 ext. de Teſtam. Govianus lib. I. variar. lect. cap. 29. Mænoch. de retin. poßeß. remed. 2. Aliter Duaren. lib. 2, anniv. diſp. cap. 9. VVeſ. ad §. 1. Inſt. h. tt. n. 3. Mynſ, ibid. n. 6. Veritati magis convenit Iacobi Cujacij opinio in lib. 8. obſ. 4. ubi dicit ex ſententia Ulpiani quæ proponitur in d. l. 1. legata fideicommißis exæquata eſſe, quod ad quartæ Falcidiæ deductionem ex Iuſtiniani conſtitutione, quæ habetur in §. 2. Inſtit. h. tt. quo ad reliqua quoq; omnia.

IV.

Quod de particularib. fideicommiſsis intelligendum eſſe arbitramur; ſiquidem etiam hodiè legata à fideicommiſsis univerſalibus differunt.

VVeſenb. in paratt. ff. de Legat. 1. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 12. n. 1.

V.

Sicut relinquendi facultas ijs demum permiſſa eſt, qui teſtandi jus habent, ita legari ijs ſolummodo poteſt, cum quibus Teſtamenti factio eſt: undè infertur, eos qui heredes inſtitui non poſſunt, legata ex Teſtamento capere non poſſe; niſi in cauſam alimentorũ relicta fuerint.

§. Legari autem Inſt. h. tt. l. ſi in metallum 2. ff. de his qui pro non ſcriptis habentur. Michael Graſſus in com. opin. §. legatum. quæſt. 6. 7. & aliquibus ſequentibus.

VI.

Res autem non ſolùm ſuas teſtator, ſed etiam alienas, & oppignoratas legare poteſt, *a)* quibus tamen poſterioribus duobus caſibus heres redimere eas & præſtare, aut ſi redimere non poſsit, æſtimationem earum dare tenetur. *b)*

a) *§. non ſolùm Inſt. h. tt. l. cum ſervus l. 39. ab omnibus 109. ff. de legat* 1. b) *Hinc apparet inſulſum ſatis eſſe Pontificis Gregorij reſponſum in cap. filius noſter. extr. de Teſtamentis: ubi dicit leges ſicuti permittentes rei alienæ legatum, iniquas eſſe & legi Dei contrarias, ſiquidem*

res

res alienas tenere injuſtum ſit. Iaſon in l. cum alienam C. de Legat. Zaſius in l. cum ſervus 39. §. fin. n. 3. ff. de Legat. 1.

VII.

Verum hæc ita demum vera ſunt, quando teſtator ſcivit alienas res eſſe, aliàs nullius momenti eſt legatum.

Argumento l. unum §. ſi rem ſuam de Legat. 2. Et hæc de particularibus legatis intelligenda ſunt. Aliena autem hereditas relinqui non poteſt. l. conficimus §. ſi poteſt ff. de jur. codicill.

IIX.

Quod ſi legatarius rei alienæ vivo teſtatore dominus effectus ſit, ſiquidem ex cauſa lucrativa, nullam ejus perſequendæ mortuo teſtatore actionem habet; ſecus ſi ex cauſa oneroſa.

§. ſi res aliena h. tt. l. inter ſtipulantes 83. §. ſi rem ff. de V. O.

IX.

Quod ſi res legata hominum commercio exempta, ut quia divini aut publici juris ſit, nec res nec æſtimatio debetur.

Tex. in §. non ſolum. Ʋſ. ſed ſi talis Inſt. h. tt. Donell. in. l. multum intereſt. 34. ff. de V. O.

X.

Ea quoque res, quæ in rerum natura non eſt, ſi modò futura ſit, *a*) quemadmodum etiam debitori liberatio *b*) uxori dos, *c*) & denique tam res corporales quàm incorporales, legari *d*) poſſunt.

a) §. ea quoq; Inſt. h. tt. Gomez. d. c. 12. n. 24. b) ſi quis debitori Inſt. h. tt. quo caſu debitori competit exceptio doli contra heredem Teſtatoris debitum exigere volentem. l. 3. §. Iulianus & §. nunc de effectu ff. de libert. legat. Quin imò datur ei actio ex Teſtamento, qua petere poteſt & ab obligatione per acceptilationē liberetur. d. §. nunc de effectu. & §. item per acceptilationem Inſt. quib. modis tollitur obligat. c) §. ſed ſi uxori Inſt. h. tt. Mich. Graſſus in §. legatum q. 42. ubi latè. d) §. tam autem Inſt. h. tt. tot. ff. de uſu & uſufructu legato.

XI.

Relinqui legata hodiè poſſunt ante heredis inſtitutionem, & inter medias heredis inſtitutiones: non ſolùm in teſtamentis, verum etiam codicillis vel epiſtola, modò in fraudem legis non fiat.

Hartman. Hart. lib. 2. pract. obſ. tit. 40. obſ. 1.

XII.

Hîc diſputari ſolet, utrum in cœci quoque teſtamento ordo hîc ſublatus ſit? Quamvis communiter Dd. *a*) heredis inſtitutionem permittendam eſſe ſentiant: verius tamen ordinem hunc etiam in cœci teſtamento ſublatum eſſe cenſemus. *b*) a) *Videatur Kirch. cent. 8. conclus. 13. in pr. ubi longo ordine Dd. authoritates enumerat. per tex. in l. hac conſultiſſima C. qui Teſtam. fac. poſſunt.* b) *Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 2. n. 5.*

XIII.

Expreſsè vel tacitè, ad diem certam vel incertam legatum relinqui poteſt. *l. Nominatim. 34. ff. de condit. & demonſt.*

XIV.

Non vitiatur legatum, etiamſi teſtator in nomine erraverit *a*) modò de corpore conſtet: ſicut nec falſa demonſtratio, nec falſa cauſa legato adjecta ei nocet. *b*)

a) *§. Siquidem in nomine Inſt. h. tt. Fallit ſi Teſtator in nomine appellativo erraverit: Nam ſi bovem dicat teſtator, cùm equum intelligi velit, inutile eſt legatum: niſi res legata ſit præſens & ad oculum demonſtretur l. ſi quis in fundo 3. ubi Dd. com. ff. de lega. 1* b) *§. huic proxima §. ſi ſervus §. qui quinq; Inſt. h tt. Gomez. tom. 1. variar. reſol. cap. 12. n. 9.*

XV.

Cujus periculo res legata pereat, quæritur. Et reſpondetur generis legatum ſemper heredis periculo relinqui: genus enim perire non poteſt. Si ſpeciei legatum interierit, ſiquidem culpa heredis ad æſtimationem tenebitur, ſi ſine ejus culpa, non tenebitur.

§. ſi res legata Inſt. h. tt. l. in ratione 30. ad l. Falcid. l. non fraudatur l. ex delicto de R. I. l. incendium ff. ſi cert. petatur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0008-8

EX TITULO DE ADEMptione Legatorum & translatione.

XVI.

EXpoſito modo, quo legata relinquantur, reſtat vt dicamus, quomodo amittantur vel diminuantur: Amittuntur per ademptionem & translationem, de quib. in præſentia; & alijs modis.

Tot. tt. de adempt. legat. & translatione.

XVII.

Admittitur legatum expreſsè, cùm diſertis verbis adimitur, idq; fit vel in eodem, vel alio teſtamento, vel etiã codicillis: *a*) Aut tacitè, cùm inimicitiæ capitales inter teſtatorem & legatarium ortæ ſunt, vel res legata alteri donatur. *b*)

a) *l. translatio 6. l. rem legatam. 18. ff. h. tt. l. 3. §. non ſolùm. ubi* Bart. *ff. h. tt. idem in l. ſi ita ſcriptum ff. de legat. 1.* b) *quia ſolo nutu & tacita voluntate legatum relinqui ac adimi poteſt l. nutu. ff. de legat. 3. l. & in epiſtola.* C. *de fideicommiß.* Secus *eſt in hereditate, quæ nuda voluntate adimi nequit.* Gomez. *tom.* I. *var. reſolut. cap. 12. n. 56.*

XIIX.

Alij verò legatum adimi non poteſt, quàm cui datum eſt; quare ſi filio legatum fuerit, patri adimi non poteſt, *a*) ſi quis autem plus ademerit, quam dedit, ademptio nõ valet: *b*) in eo .n. quod plus eſt, ſemper ineſt & minus.

a) *l. legatum 2. ff. h. tt.* b) *l. ſi quis 3. §. 1. ff. h. tt. l. non dicitur 21. l. qui poteſt. 26. l. in eo 110. l. cuius 163. l. cum quis 165. ff. de R. I.*

XIX.

Tranſmittitur quatuor modis: aut enim à perſona in perſonam transfertur: aut ab eo qui dare juſſus eſt, transfertur, ut alius det: aut cum res pro re datur: aut denique quod purè datum eſt, transfertur ſub con-

conditione; quo poſteriori caſu non planè receſſum videtur à primo legato: ſed ita demum ſi conditio ſequentis extiterit.

l. translatio. l. quod ſi alij ff. h. tt.

XX.

Diminuuntur legata per legem Falcidiam, quæ modum teſtatoribus præſcripſit, nè plus dodrante legare poſsint, quadrante heredi relicto.

In pr. Inſt. h. tt. l. 1. ff. eod. idq; Teſtamentorum conſeruandorum magis quàm deſtruendorum gratia, ut eleganter demonſtrat Alciat. lib. 5. parerg. cap. 27. ob eandem cauſam ante legem falcidiam latæ fuerunt lex Furia & Vaconia, de quibus Gellius lib. 2. noct. attic. cap. 1. Alexander ab Alexand. lib. 5. genialium dierum cap. 15.

XXI.

Competit beneficium legis Falcidiæ heredibus ſcriptis ſivè uni, ſivè pluribus, illorumq; heredibus, & in ſua duntaxat parte, non legatarijs grauatis.

§. & cum quæſitum Inſt. h. tt. l. etiam in C. h. tt. l. lex Falcidia ff. eodem.

XXII.

In ponenda ejus ratione, mortis teſtatoris tempus ſpectatur, deducto antè ære alieno, funeris impenſis, & pretijs ſeruorum manumiſſorum; æquè ac ſi de legitima ageretur.

§. Quantitas Iuſt. de lege Falcid. l. 73. in pr. ff. eod. l. ſi quis 8. §. fin. cum ſeq. de leget 2. l. in imponendo 6. C. ad l. Falcid. l. Papinianus 8. §. quarta ff. de inoff. Teſtam.

XXIII.

Imputantur heredi in Falcidiam eę tantummodò res, quæ hereditario jure, non etiam illæ quæ jure legati capiuntur.

l. in quartam. 91. ff. h. tt. VVeſ. in parat. ff. eod. n. 1. Cujac. lib. 8. obſ. 4.

EX

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0010-8

Ex TITVLO DE FIDEICOMMISSARIIS HEREDITATIBVS.

XXIV.

DE Legatis hactenus, ſequuntur fideicommiſſa, quæ fidei heredis alteri reſtituenda mandantur: *a*) ſuntq; univerſalia: aut particularia. *b*)

a) *de quibus in hoc tt. n.* b) *de quibus in tt. ſeq.*

XXV.

Univerſalia fideicommiſſa dicuntur, quando heres ex Teſtamento vel ab inteſtato ſuccedens, per defunctum alteri hereditatem reſtituere rogatus eſt.

§. Sed quia heres cum ſeq. Inſt. h. tt.

XXVI.

Horum reſtitutioni SCtum Trebellianum jus facit: quod olim de transferendis tantùm actionibus omnibus in fideicommiſſarium quos habuit heres, vel quibus obſtrictus eſt, fuit: hodiè verò transfuſo SCto Pagaſiano in Trebellianum Iuſtiniani authoritate, ex hoc quartam fideicommiſſario detrahere licet, ita ut actiones creditorum pro ratâ portione tàm heredi, quàm fideicommiſſario, & in eos, remota ſtipulatione competant.

d. §. ſed quia l. 2. & 3. C. ad SCtum Trebell. Bart. & Dd. comm. ad l. 1. ff. eod.

XXVII.

Quò ad imputationem aliud eſt in hac quarta, quàm in quarta Falcidia ſupra diximus, In hanc enim non ea tantummodo quæ jure hereditario heres habet, ſed cætera quoq; omnia, quæ legati, fideicommiſsi, præceptionis, deductionis, retentionis, atq; adeò mortis cauſa ad heredem pervenerunt, imputantur.

l. in ratione 9. ad l. Falcid. VVeſ. in parat. ff. d. tt. n. 5. Ant. Fab. conject. lib. 6. obſ. 4. Quamvis contrarium ſtatuat Cujac. lib. 8. obſ. 4.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0011-4

XXVIII.

Si heres nolit adire hereditatem, poteſt eum legatarius univerſalis cogere, quo caſu quartam Trebellianicam heres detrahere nequit. *l. nam quod ad jus 14. §. qui compulſus l. quia poterat l. ſi patroni §. qui fideicommiſſum ff. Ad SCtum. Trebell.*

XXIX.

An autem teſtator poſſit heredi prohibere Trebellianicæ detractionem anceps eſt quæſtio? Et in ſuis heredibus negativè, in alijs affirmativè concludimus.

Auth. hoc amplius C. de fideicom Iul. clar. lib. 3. recept. ſentent. §. Teſtam. quæſt. 61. Gomez. tom. 1. variar. reſol. cap. 5. n. 11. Vaſquius de ſucceſſ. creat. §. 8. n. 5. Graſſus in §. Teſtam. quæſt. 62. n. 4.

Ex TITULO DE SINGULIS REbus, per Fideicommiſſum relictis.

XXX.

FIdeicõmiſſum ſingulare eſt, quando de re aliqua ſingulari, utputa fundo, domo reſtituenda heres rogatur. Quod cùm per omnia hodiè legatis exæquatum ſit, quæ ſupra de legatis diximns, huc referri poſſunt.

§. Non uſq; de Legatis.

DE CODICILLIS.

XXXI.

HActenus de Teſtamentis, & quæ ad ea pertinent: Quoniã univerſitas bonorum etiam Codicillis dari poteſt, non quidem ut hereditas, ſed tanquam fideicommiſſum: ſequitur ut de jure codicillorum tractemus.

VVeſ. in paratt. ff. de jur. codicill. n. 1.

XXXII.

Codicilli ſunt teſtati vel inteſtati voluntas, minus ſubjecta ſolemnibus juris civilis.

Theoph. Inſt. h. tt. Cujac. in paratt. ff. & C. eod. fiunt enim cum Teſtamen-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0012-0

ſtamento vel ſine Teſtamento, videatur Fernandus Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 12. n. 69.

XXXIII.

Facere codicillos nemo poteſtn, niſi qui teſtamenti faciendi jus habet, & quidem adhibitis quinq; teſtibus etiam non omnibus maſculis perficiuntur.

l. Divus 6. §. codicillos 2. l. ſi quis teſtam. l. ab inteſtato ff. h. tt. l. codicillos C. eod. VVeſ. in paratt. ff. h. tt. Et fœminas in codicillis teſtes adhiberi poſſe, cum nuſquam in jure probibeantur, cenſent Faber, Viglius, Pacius, Angelus, Mynſ. Sneid. in §. teſtes autem Inſt. de Teſtam. Et hanc veriorem probamus, quamvis Dec. in l. 2. n. 26. ff. de R. I. Connan. lib. 9. comment. jur. civil. cap. 3. Cujac. in l. qui Teſtamento 20. verbo cum qui lege ff. qui Teſtamenta fac. poſſ. Berch. in tract. Feud' cap. ult. n. 41. contrarium ſtatuant.

XXXIV.

Neq; dari, neq; adimi hereditas codicillis poteſt, niſi per fideicommiſſum: unde quæritur? Si Teſtamentum non valeat jure Teſtamenti, an ut codicillus valere poſſit? cujus negativa verior eſt, niſi clauſula codicillaris teſtamento adjecta ſit.

§. Codicillis Inſt. h. tt. l. ult. §. fin. & ibi Dd. C. h. tt. Vaudus lib. 2. quæſt. cap. 12. in Teſtamento inter liberos tacitè ineſt clauſula codicillaris etiamſi à patre expreſſè appoſita non ſit Did. Covar. in cap. Raynut. §. 1. n. 4. ext. de Teſtam.

XXXV.

Subſiſtunt Codicilli proprijs viribus, & legata & fideicommiſſa in illis rectè relinquntur: ſed ſi teſtamentũ factum ſit, pars ejus ſunt & acceſsio.

XXXVI.

Tolluntur contraria voluntate, per ſubſequens Teſtamentum, & codicillis contrarijs, *a*) non agnatione vel alijs poſtea factis. *b*)

a) *VVeſenb. in parat. ff. h. tt. n. 8. & 9.* *b*) *poteſt enim quis plures Codicillos facere §. fin. h. tt. qui ſinguli valent dummodo contrarij non ſint: quo tamen caſu poſterioribus ſtatur. l. cum proponitis. C. h. tt.*

Quæſtio prima.

Vtrum filius hereditatem reſtituere rogatus, ſub conditione duas quartas, legitimam ſcilicet & Trebellianicam detrahere poſsit, diſputatur? cujus affirmativam jure Canonico, Negativam jure Civili veriorem putamus.

Cujac. lib. 8. obſ. 3. And. Gail. lib. 2. obſ. 121.

II.

An per non confectionem inventarij heres Trebellianicam quemadmodum Falcidiam perdat, quæritur? cujus quæſtionis negativam veriorem probamus.

And. Gail. lib. 2. obſ. 138. Cujac. in Novell. 1. mihi fol. 138. Gomez. tom. 1. variar. reſolut. cap. 5. n. 12.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0015-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0016-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0017-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0018-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0019-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0020-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0021-0
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0022-5

83 L 1216

ULB Halle 3
004 396 618

56.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0023-1

[illegible]

bite admitti eum qo [illegible] uc
ancillam [illegible] pignori obligaue
rat dimisso creditore p̄ fidei co. man
numitti noluisset [illegible] creditore
rem [illegible] infantes quos
ediderit [illegible] ad creditore
imp̄r uerum p̄sc̄ripsit. s̄m ea
q diuo pio placuit ne p̄ua inge
nuitate destinata fraudarentur
p̄ co emptori restituto p̄ui eos in
genuos fore. ne z im̄ eo uum suo
tempore manumissa fuisset. id im
p̄r cum p̄r rescripsit. si p̄r quinq nu
um mortis testatoris tabule testa
menti aperte sint ut codicilli p̄tus
medio tempore delictus sit ne fort
tuita mora servitutem p̄tinuo
grauit [illegible] non [illegible]
e ad libertatem ducatur [illegible]
[illegible] item [illegible] pro
[illegible] uoluisse eos n
[illegible] libertatis fortuitam [illegible]
[illegible]

p̄tore ad [illegible] puenit legati
quibus [illegible] commissa nullum
impedimentum pati oz.
Subuentum libertatibus est se
natus consulto qd factum est tp̄i
bus diui adriani rubrio gallo et
cecilio pisone consulibus in hec u
ba. Si hi a quibus libertatem
p̄stari oz euocati a p̄tore adesse no
luissent si causa cognita p̄tor p̄nu
ciasset libertatem his deberi eodem
iure statum seruari ac si directo
manumissi essent. hoc senatus consul
to ad eos p̄tinere quibus ex causa fi
dei commissi libertas debeatur.
[illegible] libertas sine celeritate
[illegible] pronuntiat [illegible]
consulto [illegible]
[illegible]
[illegible] a p̄tore [illegible]
[illegible]
[illegible]

DISPUTATIO XII.

DE LEGATIS, FIDEICOMMISSIS ET CODICILLIS.

Cuius Theſes ex Titulo 20. 21. 22. 23. 24. & 25. libri ſecundi Inſtitutionum & titulis concordantibus in ff. & C. contextas.

Sub præſidio

MARTINI TANCKEN

VViſmar.

Pro virili defendere conabitur

REMBERTVS REMMERVS

Brunſuicenſis.

Ad diem 19. Nouemb.

Roſtochij Typis Myliandrinis Anno 1595.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-139785-p0025-2